ciendi ac p[rae]missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensio-
nibus fatalibus iuris p[rae]scriptione Terrestri bello Conventioneque et aliis omnibus
iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua p[rae]senti inscriptione
ad p[rae]missa omnia mediante.

1628 11/7

Actum in Castro Premisliensi Feria Tertia ante Festum sanctae Margarethae virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo Octavo.

Komorowski Janowskiemu Donat

Comparens personaliter Coram officio Actisque p[rae]sentibus Castren. Capitan. Premislien.
Generosus Felix Komorowski olim Generosi Andreae Komorowski filius olim
vero Generosi Stanislai Komorowski ... vita functi frater germanus
et successor legitimus sanus mente et corpore existens a Terrestris distributionibus iuribus
iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huicque au-
tem iurisdictioni officii praesentis Castren. Premislien. quoad actum p[rae]sentem
attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
ipse bona sua haereditaria videlicet totas et integras sortes suas in villa Leubieniec (?)
in districtu p[rae]senti Premislien. consistentes se iure recognoscentes post p[rae]fatum parentem et
fratrem suos iure divino et naturali successione inter alios successores concernentes cum omni
p[rae]missorum iure dominio et proprietate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis
bonorum p[rae]fatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus subditis eorumque laboribus
censibus dationibus obventionibus officiis obsequiis universis ab eisdem subditis
modo quovis provenientibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis ac cum totali bonorum
p[rae]fatorum fundo et haereditate nihil ex p[rae]missis iuris dominii pro se et suis suc-
cessoribus vel alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout p[rae]missa omnia

sibi

sibi regnicolis serviebant ac se concernebant Iam exnunc et de facto Generoso Petro (?)
Janowski eiusque posteris dedit donavit inscripsit et resignavit prout prae-
sentibus dat donat ac titulo purae perpetuae et irrevocabilis donationis
inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliter. Etiam exnunc idem
regens (?) eidem donatario suo eiusque posteris in eadem bona praesentibus donata cor[am]
officio p[rae]senti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque
possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos ipso nunc ab officio
p[rae]senti additos die quacunque voluerit officiose acceptandam per ipsum donatari-
um suum eiusque successores bona eadem praesentibus donata tenendum habendum
possidendum illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus pios suorumque suc-
cessorum beneplacitos quosvis libere convertendum perpetuis et diuturnis tem-
poribus. Debetque et tenebitur p[rae]fatus regens prout se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniariis habitis et
habendis inscribit et obligat p[rae]sentem eundem donatarium suum et eius suc-
cessores in eisdem bonis p[rae]sentibus donatis et ratione eorumque ab omni et
quavis impetitione iuridica quandocunque personarum cuiuscunque conditionis
status et sexus existentium in omni iudicio et officio Regni eximendi
toties quoties opus fuerit per omnes p[rae]scriptiones Terrestres prout ad
quamlibet personam Terrestrem spectat et pertinet p[rae]scriptio tueri defende-
re evincere intercedere et liberare indemnemque et indemnes reddere Nec
non bona eadem praesentibus donata tam in parte quam in toto ab omnibus in gene-
re iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faci-
endis tum etiam quibusvis cessionibus in eadem bona importatis et im-
portandis levis denique et pluribus ac processibus iuris quibusvis in quo-
cunque puncto et gradu iuris dependens in eisdem bonis donatis obtentis et
obtinendis in quovis iudicio et officio Regni perductis et perducendis emundare
ac liberare mundaque et libera semper facere ac ... [illegible]

officio p(rae)senti admissam in fundo bonorum p(rae)fatorum donat(orum) dum per [illegible] lem(?)
Nobiles officiose requiretur non denegare imo tenebi(tur) eamq(ue) effectualiter dare et ad-
mittere dataq(ue) et admissa eadem possessionem et usumfructum p(rae)missorum quovis mo-
do tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas p(er)sonas non
p(rae)pedire nec adimere ipsiq(ue) donatario suum et eius successores in eisq(ue) bonis
donatis tam in parte quam in toto non inquietari ita ut eadem bona praesen(tibus)
donata idem donatarius suus suisq(ue) cum posteris quiete et pacifice prae-
sentis inscriptionis suae donationis vigore tenere et possidere queat idq(ue) sub
damnis terrestribus simplicibus absq(ue) iuramento corporali taxandis p(er) eunq(ue) recogno-
scentem vel eius successores p(rae)fato donatario suo ac eius posteris ob non
completionem p(rae)missorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum. Insuper memoratus regens
G(ene)rosus Felix Komorowski se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis eidem
G(ene)roso Petro Janowski donatario suo ac eius posteris inscribit et obligat
praescriptam inscriptionem p(rae)sentem donatoriam ex libris Actis Castrensibus
ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum unius anni transferre
et transportare sub similibus et specialibus damnis terrestribus simplici(bus)
absq(ue) iuramento corporali taxandis p(er) eunq(ue) regentem vel eius successo-
res eidem donatario suo ac eius posteris ob non transportationis inscriptio-
nis p(rae)sentis pro tempore et loco supraexpresso ad solvendum succumbentes
vel uti visum fuerit p(rae)nominato G(ene)roso Petro Janowski donatario suo vel
eius posteris extunc idem regens G(ene)rosus Komorowski eidem Donatario suo
ac eius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potesta-
tem inscriptionem eandem ex libris Actis Castren(sibus) ad Acta eadem Terrestria
Premisliensia quandocunq(ue) voluerit transferendi et transportandi quae trans-

Portata

portata tantum valebit ac si p(er) ipsumet regentem transportaretur. Qui trans-
portationi inscriptionis p(rae)sentis modo p(rae)misso fiendae idem regens se ac su-
os successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuni-
ariis habitis et habendis non contradictionem suo eam pro se ratam et gratam
susceptionem inscribit et obligat praesentem sub similibus et specialibus da-
mnis terrestribus simplicibus absq(ue) iuramento corporali taxandis p(er) eunq(ue)
recognoscens aut eius successores p(rae)fato donatario suo eiusq(ue) posteris
ob contradictionem transportationi inscriptionis p(rae)sentis ad solvendum succum-
bendum. Pro quibus quidem damnis terrestribus simplicibus absq(ue) iuramento corpo-
rali taxandis modo p(rae)misso ad solvendum succubitis ac re aliqua prin-
cipali non completa complendisq(ue) p(rae)missis Citatus extunc memoratus regens
G(ene)rosus Komorowski vel eius successores Ad instantiam p(rae)nominati
G(ene)rosi Petri Janowski donatarii sui aut eius posterorum ex hic recessu
supradicto quoad respondendum spectat mediante coram officio p(rae)senti
Castren(si) Capitaneali Premislien(si) semper in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere victore damna p(rae)fata terrestria simplicia taxan-
da lucre inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac te-
nebitur seq(ue) ac suos successores ad eadem omnia obligat eunq(ue) Terminum
primum peremptorium et alios omnes consequen(tes) eiusdem causae Terminos sem-
per peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum lega-
tione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta et inqui-
sitionem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non
differen(do) ad quietationes ultra proximos Terminos officii p(rae)fati Castren(sis)
Premislien(sis) dilationem sibi non recipien(do) nullasq(ue) motiones appellationes [illegible]
[illegible] prosequtiones faciens p(rae)missaq(ue) omnia p(rae)missis simplicibus vel [illegible]
evasionibus suspensionibus fatalibus iuris p(rae)sentis Terrestri(bus) [illegible]

et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Brozowski Rosnowskie[mu] obligat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Albertus Brzozowski sanus mente et corpore existens a Terrestribus districtualibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus cedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua hereditaria videlicet totam et integram sortem suam Antoniowska ab antiquitus nuncupatam cum aedificiis in villa Hordynia districtus praesens consistentem se vero regentem post parentes suos iure naturalis successionis concernentem Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis agris pratis campis sylvis pascuis stagnis lacubus aquaeductibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nihil ex praemissis omnibus iuris dominii proprietatis tituli praetextus ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiter prout praefatorum bonorum hereditas sen suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipsemet regens solus tenuit habuit et possidebat ipsumque eo tenebat ac eidem serviebat. Jam ex nunc et de facto Nobili Stanislao Rosnowski et ipsius posteris in summa Centum florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatisque apud eundem obligatarium suum pecuniis abhinc ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo proxime venturum incidentem [illegible]

defectu

defectu vero primo exemptionis et summae supra seriae totalis et integrae persolutionis ex tunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post biennium proxime tunc venturum incidens et sic consequenter de biennio ad biennium bienniis et festis sese proxime et immediate sequentibus usque ad exemptionem eorundem bonorum et summae praefatae Centum florenorum polonicalium integram et indivisam persolutionem inscripsit obligavit et invadiavit prout inscribit obligat et invadiat praesentibus. Etiam ex nunc idem recognoscens Nobilis Albertus Brzozowski praefato Nobili Stanislao Rosnowski obligatario suo ipsiusque posteris in eadem bona praesentibus obligata dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem Regni Generalem quemcunque et Nobiles duos quoscunque voluerit officiose acceptandam per ipsum obligatarium suum et illius posteros bona eadem praesentibus obligata tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ad usus suos suorumque successorum quosvis beneplacitos modo ac titulo obligationis libere convertendi. Debetque et tenebitur supradictus regens prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus eundem obligatarium suum et ipsius posteros in eisdem bonis obligatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium in omni iudicio et officio Regni tueri quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et liberare indemnemque cum posteris ipsius reddere usque ad exemptionem bonorum eorundem et summae praefatae integram et indivisam persolutionem. Necnon bona eadem praesentibus per regentem obligata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis item etiam si quibus [illegible] in eadem bona praesentibus obligata importatis et importandis [illegible] denique et pluribus ac processibus iuris quibusvis in quacunque [illegible] et gradu iuris dependentibus in eisdem bonis obtentis et obtinendis [illegible]